TABULA XLIV	**La PLANCHE 44**
Exhibet posticas sceleti partes cum segmentis ossis petrosi.	*Présente une vue postérieure du squelette avec des fragments de l'os pétreux.*
FIGURA I exponit posteriorem totius sceleti faciem accuratissimè expressam, ut observentur	La FIGURE I expose la partie postérieure du squelette tout entier dans une représentation très fine, pour qu'on observe :
Primò quinque vertebrarum superiorum colli processus bifurcati, angulum internum efformantes 13.30. & 12.½ 29.½ & 16.½ 29., nimirum, ut tam ligamenta, quàm tendines musculorum validiùs iis locis firmari possent. Notetur deinde eosdem processus ab ultima colli vertebra usque ad os sacrum accuratâ quidem, sed simplici spinâ donari.	Premièrement, les processus fourchus des cinq vertèbres supérieures du cou, formant un angle interne (13.30), (12½.29½) et (16½.29), de toute évidence pour que les ligaments aussi bien que les tendons des muscles puissent s'y accrocher plus solidement. Il faut ensuite noter que les mêmes processus sont pourvus, depuis la dernière vertèbre du cou jusqu'à l'os sacré, d'une épine fine, certes, mais simple.
Secundò costarum cum vertebris articulationes.	Deuxièmement, les articulations des côtes avec les vertèbres.
Tertiò earundem costarum superficies externa versùs dorsum aliquantulum aspera, ex qua tendines, ac ligamenta prodeunt, quibus eædem vertebris alligantur.	Troisièmement, la surface externe de ces mêmes côtes, quelque peu rugueuse du côté du dos, surface d'où procèdent les tendons et les ligaments par lesquels elles s'attachent aux vertèbres.
Quarto claviculae cum superiore scapulae processu articulatio 17. 22. & 17. 37.	Quatrièmement, l'articulation de la clavicule avec le processus supérieur de la scapula (17.22) et (17.37).
Quinto situs radii, & cubiti in rotationis motu sinistri brachii 33. 16.	Cinquièmement, la position du radius, & du cubitus dans le mouvement de rotation du bras gauche (33.16).
Sexto *ossis innominati* fulcimenta, atque commissio 45. 24. & 45. 35., cum ossium femoris capitibus.	Sixièmement, les appuis et la jonction de *l'os sans nom* avec les têtes des os de la cuisse (45.24) et (45.35).
Septimo superiores sinus in utraque tibia, à quibus inferiora femorum tubera excipiuntur 67.½ 23.½ & 67. 37.	Septièmement, les creux supérieurs de l'un et l'autre tibia qui reçoivent les protubérances inférieures des fémurs (67½.23½) et (67.37).
Octavo fibularum inarticulationes superiùs quidem cum utraque tibia inferiùs vero cum ossibus tarsi 87. 23. & 87. 36.	Huitièmement, les articulations des fibulas, en haut avec l'un et l'autre tibia, mais en bas, avec les os du tarse (87.23) et (87.36).
Hoc etiam notandum venit in praesenti Figura, quòd fibula inferiùs non cum tibia (quemadmodum cubitus cum radio solùm, non verò cum carpo) sed cum tarso articulatur, ut scilicet majorem stanti ad lineam sceleto firmitatem possit	Il faut encore noter, dans la présente figure, que, vers le bas, la fibula ne s'articule pas avec le tibia (à la différence du cubitus qui le fait avec le seul radius, et non avec le carpe), mais avec le tarse, évidemment pour pouvoir apporter une plus grande stabilité

affere. Denique ossa ipsa tarsum praecipue componentia, quae per se patent. FIGURA II . exhibet portionem ossis petrosi quae scalpello ita est praeparata, ut aquaeductum demonstret. FIGURA III . exhibet in osse petroso duos canales semicirculares, majorem 74. 49., & minorem 75.½ 49.	au squelette en position debout. Enfin, les os mêmes qui constituent essentiellement le tarse et qui sont par eux-mêmes visibles. La Figure II présente une partie de l'os pétreux qui a été préparée au scalpel de façon à donner à voir l'aqueduc. Figura III. présente dans l'os pétreux, deux canaux semi-circulaires, un grand (74.49) [méat acoustique interne] et un petit (75½.49) [fossa subarcuata].

(Latinistes de 1ère, Lycée La Croix Rouge-La Salle, BREST, 29, Prof. Clémence Douchet)